

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

**Dissertationum Theologicarum, Quæ Celeberrimi Theologi D. Justi Christophori Schomeri Collegium Anti-Calvinianum, a multis avide desideratum : exhibent ...**

**Tertia : Cap. XI. De Christo**

Rostochii: Typis Nicolai Schwiegerovii, 1706

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790695>

Band (Druck)

Freier



Zugang



RU theol. 25. Sept. 1706

Engelcken, Henr. Asc.

16





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1032790695/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790695/phys_0003)

DFG



31.  
948  
54

I. N. J.

DISSERTATIONUM THEOLOGICARUM,

Quæ  
Celeberrimi Theologi

D. JUSTI CHRISTOPHORI SCHOMERI

COLLEGIUM  
ANTI-CALVINIANUM,

à multis avide desideratum, exhibent,

TERTIA.

sistens

CAP. XI.

DE

CHRISTO,

CONSENSU SUMME REV. FACULTATIS THEOL.

PRÆSIDE

DN. HENRICO ASCANIO

~~BRUNNEN~~

Phil. & SS. Theol. D. hujusqve P.P.

d. 25. Sept. Anno 1706. H. L. Q. C.

publicæ disquisitioni proponit

RESPONDENS

ANDREAS WILHELM.

Wiebbeking / Hamb.

S. S. Theol. Stud.

ROSTOCHII, Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII, Ampl. Sen. Typogr.

1706

V I R O  
Nobilissimo atque præstantissimo  
D O M I N O  
J O H . H E N R .  
*Biebbefing*

Reipubl. Hamburg. Civi primario ac Merca-  
tori spectatissimo,

Parenti suo, tum ob amorem paternum pluri-  
maqve alia beneficia, tum in primis studiorum  
suorum promotionem, omni honore ac fi-  
liali pietate colendo devene-  
rando,

D I S S E R T A T I O N E M H A N C T H E O-  
L O G I C A M ,

præmisso pro incolumitate ipsius pariter  
ac felicitate omnigena voto arden-  
tissimo,

*ea, qda par eß, obſervantia*

Dat, Dicat, Dedicat

R E S P O N D E N S ,

# CAPUT XI. DE PERSONA ET OFFICIO CHRISTI.

## Quæstio I.



*N Filius DEI humanam naturam assumens illi hypostasis suam divinam verè & realiter communicaverit?* Resp. aff., qvia 1) per incarnationem suam carnis seu humanæ naturæ, perinde ut pueri, particeps factus est, Ebr. 2, 14, nobisque per omnia similis, v. 17, ita ut humana natura jam de essentia personæ sit, & in identitate personali idem sit essentialiter & Deus & Homo Rom. 9, 5. Luc 1, 35. Hinc argum. I. Qualiter pueri participes fiunt carnis & sanguinis, ita & Christus; atqvi pueri ita, ut caro & sanguis in illorum hypostasi subsistat, E. II. Ibi eadem Persona est DEUS & homo, ibi datur subsistentia utriqve naturæ eadem, Atqvi hic, E Identitas autem illa personæ cum sit à subsistentia, necessariò illa utriqve naturæ eadem est, alteri ab exteriori propria, alteri in tempore communicata. 2) Negant humanæ naturæ subsistentiam communicatam, necessariò ponitur propria, & sic personæ divisio introducitur, cum absqve subsistentia res nulla esse possit.

*Contra 1. Calviniani plerique, ut Zanchius l. 2. de nat. DEI c. 1. n. 3, Martinius l. 2. de pers. Christi p. 571, Massonius P. 2. anat. p. 596, Wendelinus l. 1. Christ. Theol. c. 16, Maresius Synopsi Theol. elenchi. controv. 4. p. 107. & 113. &c. negant, communicationem hypostaseos divinæ carni Christi factam esse, & pro eâ sustentationem personalem humanæ naturæ in & à Filio DEI, substituunt. Unde & humanam naturam tantum adjunctum τῷ λόγῳ appellare solent. II. Cartesiani, ut Wittichius Theol. pac. §. 226, 229. & Allinga in decadibus erot. p. 327. &c., neque sustentationem personalem volunt, sed substantialem tantum; qvæ nihil aliud sit, qvam conservatio ejus in statu unionis, in quo est, & Burmannus l. 5. synops. Theol. c. 9. §. 3. unionem personalem ponit in operatione per humanam naturam*

H

tan-

tanquam pér instrumentum facta ; eamque comparat cum nube & voce aërea , qvæ præsentiaæ divinæ qvondam symbola fuerunt.

*Interesse omnium est negatio communicationis propriorum , qvæ ipsa sequitur negationem omnipræsencie , in humanâ naturâ Christi . Cartesianorum speciatim est essentiaæ divinæ descriptio per cogitationem meram , ejusque negata ad corpus , aut rem qvamvis extra se relatio omnis præter eam , quæ operationis est .*

*Obj. I. Subsistentiæ esse incommunicabilem vi definitionis .*

*Resp. Incommunicabilis est alteri persona , non alteri naturæ .*

*Obj. II. Si character hypostaticus , per qvem natura subsistit , communicetur , jam humanam naturam esse ab eterno à Patre genitam , qvod absurdum .* *Resp. 1.) Non character , sed actus est hypostaticus , qvi communicatur , & per qvem propriæ natura subsistit . 2.) Etsi non humana natura , tamen homo est , ab eterno à Patre genitus per illam subsistentiæ communicationem .*

*Obj. III. Si naturæ humanæ communicatur actus personalia , eam fieri personam , & sic dualitatem personarum introduci .* *Resp. Si communicatur actus personalis distinctus ac proprius , fit persona ; alioquin subsistit tantum in persona .*

*Obj. IV. Terminum tamen communicationis esse ambiguum & cavillationi hæreticæ obnoxium ; ideoqve rem reffici per vocem sustentationis personalis declarari .* *Resp. 1) Terminus communicationis u/u & explicatione ecclesie jam ita celebris est , ut frustra prætexatur ambiguitas . 2) Ambigua potius & suspecta meritò est vox sustentationis personalis , quæ etiam in unionem parastaticam cadere potest .*

*Obj. V. Essere hanc non nisi logomachiam , cum de re utrinque sit consensus , qvōd unica persona τὸ λόγος in duabus subsistat naturis , divinâ & humanâ .* *Resp. 1) Sit candidè profiteretur adversarii , non est , qvod communicationem subsistentiæ magis assertur , qvam sustentationis vocem satis jejunam & ambiguam . 2) Aliud tamen timere jubent , præter alias hypotheses infra examinandas , similia Calvinistica , ut Antwerpia Oceano adjacentis , gemmæ annulo infixæ , planetæ in orbe suo currentis , &c , qvæ collegit Frid. Petri in Nestorianismo Calvin. c. X. p. 165 , & quæ novissime adducta Cartesiani . 3) Qvin & ipsa hæc confessio est ambigua , dum*

59

dum non explicatur, quā ratione subsistat in utraqvē naturā persona, essentialiterne an accidentaliter, an in utraqvē tanqvam hypostaticè propriā, an verò in alterā tanqvam in domicilio.

*Ques. II.* An eque post incarnationem, atque ante illam, subsistentia τῷ λόγῳ & naturae divine recte tribuatur? (quæ qvæstio nuper in Belgio à Cartesianis mota.) *Resp. aff.*: quia 1) identitas persona divinæ continuatur perpetuo *Heb. 13, 8. Mich. V, 2. Apoc. I, 8, 17. Sc.*: ubi autem subsistentia variatur, variatur persona. 2) Naturæ divinæ tribuuntur actiones etiam post incarnationem, *A&T. XX, 28. Job. 3, 17, ut & τῷ λόγῳ, Job. 1, 14. Apoc. 19, 13. &c. E.* & subsistentia, sine qvā non sunt actiones.

*Contra Wittichius Theol. pac. §. 226. 228. & in append. quæst. 155. 158,* docet: divinam naturam Filii ab æterno quidem habuisse subsistentiam, quatenus non erat conjuncta cum aliâ naturâ; post incarnationem autem id dici non posse, adeoqve jam non naturam divinam, sed potius Γεανδρων recte dici subsistere. Non opus tamen esse censet, ut dicat, Filium DEI personalitatem priorem perdidisse, eò qvod sic videatur personalitas aliquid positivum esse.

Interesse ejus est in definitione subsistentiae, qvōd sit mera negatio conjunctionis cum alio.

*Qu. III.* An per incarnationem humana Christi natura cum divinâ vera atque immediata unio facta sit? *Resp. aff.*: quia 1) natura divina τῷ λόγῳ non est aliquid à persona diversum, adeoqve extreorum in personæ identitate tanqvam communi termino facta conjunctio, immediata est. 2) Persona carnem assumens à naturâ divinâ denominatur *Job. 1, 14, 1 Tim. 3, 16; Deus autem est natura divina subsistens, non sola subsistentia.*

*Contra Beza P. i. resp. ad coll. Monsp. p. 183, Daneus in Exam. libri Chemnitiani c. 4. p. 81, Sohnius in exeg. art. 3. Aug. conf. p. 227, Scharpius in cursu Theologico p. 719, aliiqve docent, propriè non naturam, sed personam esse incarnatam; adeoqve unionem naturæ utriusqve inter se non esse nisi mediata, mediante nempe personâ.*

*Interesse non aliud est, qvām studium contradicendi*, ut eō magis communicatio naturarum & idiomatum negari possit.

Obj. 1) Personam esse propriam, naturam communem reliquis Deitatis personis; qvam si incarnatam dicas, ad totam S. Trinitatem incarnatio æqualiter pertinebit. Resp. Logimur non de naturā ut sic, sed quatenus subsistit in persona Filiī ejusque charactere hypostatico notata est.

2. Ita divinam naturam factam esse carnem, si perinde ut persona, carnem assumvit. Resp. Differt unio & assumptio à metamorphosi aut synonymia. Anima & corpus sibi invicem immediate uniuntur; non tamen anima corpus est.

Qv. IV. *An propositiones personales sunt tantum titulares & verbales, an verò reales?* Resp. aff. post. neg. prius, qvia forma predicari subjecto realiter, non secundum apparentiam & opinionem tantum vulgi aut inanem prætensionem competit, qualiter à Rom. Pontifice creantur Episcopi titulares, & in politicis Reges & Principes dantur; neqve ex illâ aliquâ Χριστῷ & habitudine relativâ, sed ex realissimo fundamento, unione nempe personali, dum 1) ex illâ tam vere homo Deus, & Deus homo filius est, quam verè Adamus spiritus vivens, 1 Cor. XV, 45. 2) Prædicationes illæ qvæstioni, non de nomine, sed de re, qvis sit, non tantum, qvis votetur, institutæ, respondent, Matt. 16, 15. 1 Cor. 15, 47; de qvâ confessione laudatur Centurio Mart. XV, 39.

Contra Beza resp. ad coll. Momp. p. 91. hunc prædicandi modum esse verbalem, non realem, censet. Zanchius l. 2. de incarn. qv. 12. Denew, Hessianus & alii communicationem naturarum nominentus fieri, non qvoad rem ipsam, carnemqve appellari tantum, non esse Deum, docent, nempe ut uxor Electoris propter sc̄besin conjugalem vocatur Elec̄trix, qvod Zanchii l. c. & Alstedii P. 5. Theol. polem. p. 609. simile est: ideoqve analysin ἀλλοιώσαν talēm instituit Beza coll. Momp. 294, ut, Homo est Deus, idem sit, ac: Filius Dei, qui unitus est humanitati, & deitas ejus est Deus, atqve ita sub voce hominis ipsa Deitas intelligatur. Maresius autem in nova synopsi Theol. elencht. p. 116, naturas de se mutuò prædicari, omnino negat, sed per subjectum intelligi vult personam. Interim non tantum Ursinus in explic. catech. qu. 47, Crocius in Synt. Theol. l. 4. c. 2, Heidelbergenses im ausführlichen Bericht,

751

p. 10. Sc. communicationem naturarum concedunt, sed & addunt iisdem Heidelbergenses, ut & Job. Bergius in analysi doctrine de persona Christi Th. 83, calumniam esse nostram, qvod Reformati illam negent, aut verbalem tantum faciant; limitantes nihilominus & communicationem & prædicationem illam, ut intelligatur realis in personâ, non naturarum respectu.

Interesse illorum est in negatâ communicatione idiomatum.

Obj. I. Inter partes unitas, quantumvis intima credatur unio, ut est formæ & materiæ, animæ & corporis, non esse tam eam communicationem, ut prædicationes de se invicem sint reales, nisi tantum respectu totius. Resp. 1) *Falsa est hypothesis, & experientia atque communi hominum notioni repugnat, formam materiæ, animam corpori non communicari.* Quid enim habet formam nisi materia, quid habet animam nisi corpus? 2) Qvòd prædicationes inde ortæ in naturâ sint patronymicae aliter atque in hoc mysterio, inde est, qvod huic nulla unio in rerum naturâ similis sit.

Obj. II. Subjectum in iis propositionibus *esse concretum*, adeoqve propriè personæ, non naturæ vocem; ideoqve realitatem propositionis respectu naturarum non reqviri. Resp. Si natura in concreto expressa semper idem est, qvod concretum personæ, etiam anima & corpus concreta personæ erunt, qvod absurdum. *Distinguendum itaque in personâ Christi est concretum personæ, qvod est CHRISTUS Θεός Θωπός, à concretia naturæ, qualia sunt, DEUS & HOMO.*

Qu. V. *An propositiones illæ personales convenient cum regulis logicis propositionum in naturâ obviarum, an verò sint plane inusitatæ?* Resp. neg. prius, aff. post.: qvia 1) *in naturâ, unde regulae Logicae petuntur, huic mysterio nibil simile est, ut adeò rectè Christus admirabilis vocetur Esa. 9, 6.* 2) Omnis illarum propositionum explicatio, quâ ad usitatam formam reducuntur, veræ fidei fraudi est, naturarum inter se commercium arctissimum tollens.

*Contra Henricus à Dieß in enchir. Theol. L. 16. p. 87, Altingius P. 2. II. CC. p. 480, aliiqve illas usitatæ & logicas prædicationes vocant. At Job. Bergius in analysi doctrine de per Christi §. 86. illas quidem in-*

usitatas propositiones esse ait; sed ad regulares qvodammodo revocari posse.

Interesse illorum est in negatâ communicatione naturarum.

Obj. Prædicationes illas, si intelligantur de personâ, esse vel *essentialis*, quâ species de individuo prædicatur, vel *identicas*, quâ idem de eodem dicitur; si de naturâ, vel *synecdochicas* partis pro parte, vel *accidentales*, qvibus adjunctum prædicatur de subjecto, vel accidens prædicabile de accidente prædicabili in concreto. Resp. 1) Deus & homo sunt disparata, quæ sibi non subordinantur ut genus & species. 2) Propositiones identica seu formaliter seu æqvipollenter tales, vocum potius qvâm rerum rationem habent, & versantur in terminis, non qvomodo cunque, (alioquin omnis propositio vera esset identica) sed *simpli*citer *synonymis*, v. gr. prædestinati sunt electi, Spartani sunt Lacedæmonii; in his verò personalibus rei ipsius explicatio traditur, non vocum synonymia. 3) Si maximè Deitas & humanitas quasi partes respectu ejusdem personæ dici possint, non possunt tamen Deus & Homo; qvippe qvæ seorsim hic sumi aut intelligi nequeunt, ut alius sit Deus, alius homo, nec, si possent, ullæ datur talis synecdoche in naturâ, qvâ pars de parte prædicetur, et si attributum partis de alterâ parte prædicari qvandoque soleat. 4) Prædicationes accidentales non sunt nisi paronymica; hæ verò sunt synonymica in personâ. Non enim ὁ Λόγος tantum est ἵτερη φύσις, sed & οὐίξ factus, Joh. 1, 14.

Qu. VI. An idiomata naturarum in Christo de se mutuo prædendentur prædicatione impropria & verbali tantum, an verò reali & propria? Resp. aff. posterius, neg. prius; qvia 1) promiscua illa subjecti ab utraque vel alterutra natura denominatio docet, prædicatum ad personam totam, qvatenus utrâque naturâ constat, pertinere, vid. Job. 8, v. 58. c. 6, 62. 1 Job. 1, v. 1. seq. 2) Crimen interficientium ex naturâ imperfecti divinâ atrocius æstimatur 1. Cor. 2, v. 8. Act. 3, 15. Zach. 12, 10. Matt. 21, 38. seq., & fructus passionis exinde infinites nobilior, vid. Rom. 8, 32. Ebr. 7, 26. Et. c. 9, 14. 1 Job. 1, 7, & præcipue Act. 20, 28, ubi sanguis naturæ humanæ DEO dicitur *proprium*; unde & in divinam naturam hanc passionem suo modo redundare necesse est. 3) Actiones & passiones sunt super-

posi-

63

postiorum, nec de natura aliquia simpliciter & seorsim dici possunt;  
Suppositum autem seu persona Christi non est aliquid tertium  
à duabus naturis.

*Contra Massonius anatom. T. I. c. 10. p. 327. Wendelinus l. I. Christ.  
Theol. c. 16. p. 315. Chamier. T. i. panstr. l. 4. c. 2. §. 2, prædicationes  
illas respectu personæ quidem reales, respectu naturæ alterius verò  
tantum verbales esse docent; imò realiter falsas esse ait Piscator  
volum. I. Thes. Theol. L. X. §. 23. Hinc Beza vol. I. p. 695. in lib. quæst. &  
resp. & Martyr in dial. p. 35. Sc. negant, reverè Deum seu τὸν θόρυβον in  
carne suâ passum esse, & phrasin illam Beza in coll. Momp. p. 207.  
ita interpretatur, quod Deus est passus idem sit, ac, Caro Dei-  
tati unita est passa, quam vocat synecdochen Ursinus P. 2. expl. catech.  
qr. 37, eamque duplēcē facit Piscator in resp. ad elencos Buscheri  
c. 16. p. 574, primō membris, ut Deus est passus idem sit, quod, Christus  
est passus; deinde integrī, ut Christus iterum idem sit, quod ca-  
ro seu humana natura; quæ eadem est Zwinglii & adiutorie, quam  
larvam Diaboli Lutherus vocavit; Wendelinus verò l. c. p. 374. diabo-  
licè i. e. calumniosè traduci ait.*

Interesse illorum est studium contradicendi, ut eò fortius  
secundum genus communicationis idiomatum negetur.

Obj. I. Si æternitas etiam humanæ naturæ, & passio di-  
vinæ realiter appropriatur, necesse esse, ut humana natura æterna, &  
divina patibilia sit. Resp. Aliud est ad divinam vel humanam na-  
turam suo modo pertingere illaque attribui, aliud, directè de illâ e-  
nunciari. Occidente & vapulatione hominis non corpus tantum,  
sed anima etiam læditur, et si anima nec occiditur, nec vapulat  
directè & per se.

II. Ipsum Petrum restringere passionem Christi ad carnem l. ep.  
q. 1, & sic passim nostros quoque Theologos. Resp. Restrictio  
illa non est exclusiva vel personæ vel naturæ alterius ab omni  
reali attributione prædicati; sed distinctiva id est wābē seu for-  
malis attributionis à communicativa, ut cum hominem vulnera-  
tum esse capite dico; non à reliquo hominis læsionem sim-  
pliciter excludo, sed propriam partem, in quā recepta sit af-  
fectio, in totum hominem & ipsum adeo animum redundans,  
ostendo.

III.

III. Etiam Lutherum in confessione de cœnâ synecdochen admittere in his phrasibus. Resp. Grammaticam admisit, quâ totum capit propter aliquam partem in accusativo illatam, quæ est in verbis & syntaxis, ut : *Christus passus carnem* : i. e. qvoad carnem: Rhetoricam verò partis pro parte adeò non admisit, ut potius diceret damnata, vid. T. 3. Jen. Germ. f. 456. seq.

IV. Meram hie esse λογουαχίας ; cum solam humanitatem passam, non privativè & cum exclusione personæ divinæ, sed distinctivè intelligant Calviniani ad excludendam Eutychetis & Theopaschitarum hæresin, ne essentia ipsa divina passa esse credatur. Resp. Nimirum ambiguae sunt Calvinianorum declarationes, cum in persona subsistunt, & à divinâ naturâ passionem simpliciter removent, non tantum, ne formaliter, sed & ne appropriativè qvidem de illâ dici agnoscatur, ut res semper eo redeat & non humanitatem qvidem separatam, sed personæ ejus unitam, qui & Deus est, solam passam esse; quâ ratione à divinâ naturâ passioni verum pondus non accessit.

Qv. VII. An præter illam idiomatum mutum appropriationem, quæ primi generis nobis dicitur, ex eadem unione personali humana Christi natura speciatim divinam majestatem & dona infinita, quantum ad possessionem, denominationem & usum, verâ & reali communicatione consecuta sit ? Resp. aff. : qvia 1) gloria ante mundum habita Job. 17, 5, & dona non ad mensuram Joh. 3, 34, Christo in tempore concessa esse dicuntur. Qvod autem in tempore datum est, nonnisi secundum humanam naturam datum esse potest. 2) Gloria unigeniti à Patre, quæ nonnisi divina est, in ipso quatenus incarnato apparuit, Job. I, 14, & per miracula se exeruit c. 2, 11. 3) Omnis plenitudo Deitatis in ipso habitat σωματικῶς, non scheticè sive umbraticè, sed tanquam in proprio corpore, per figuram quasdam (utique non nisi incarnationis mysterium & officium respicientes) adumbrato, Col. 2, 9. 4) Natura unitorum, qvorum unum instar actus, alterum instar potentiae est, talem permeationem & βελτίστη uniti ab unito etiam in rebus naturalibus docet, e. gr. anima & corpore, ferro & igne, tam ex veterum quâ recentiorum Physicorum hypothesi.

Contra

*Contra I.* Beza vol. 2. def. contra Selneccerum p. 461, L. Crocius assert. p. 512. &c. negant plura præter unum esse communicatio-nis idiomatum genera. *II.* Daneus P. 1. Isag. Chriſt. c. 47. admittit qvidem tria, sed secundum hoc (ipſi tertium) explicat de donis fi-nitius humanae Christi naturæ communicatis. *III.* Sadeel de hum. Chriſtinat. c. 3. p. 191. Sohnius T. 2, in tertium art. Aug. Conf. p. 410, & plures alii, dona etiam finita tantum Christo largiuntur, sed data a Patre & Sp. Sancto, non communicata per unionem hy-postaticam. *IV.* Plures dona infinita data esse concedunt, sed perso-na, non natura, vel etiam natura divine in relatione opposita ad exi-nanitionem, qvos indicavimus c. *IV.* qu. 3. *V.* Omnes in eo con-sentient, qvod humanæ naturæ infinita dona divinæ ma-jestatis realiter communicata non sint, idqve integris tractatibus oppugnarunt plurimis, qvos longo ordine enumerat Massonius P. 2. anat. p. 384.

Interesse illorum est in fortiore oppugnatione omnipre-sentiæ Christi humanæ naturæ.

*Obj. I.* Finitum non esse capax infiniti, sic nechumanam na-turam divinorum idiomatum. *Resp.* Non est capax capacita-te *activa*, ut, quæ infinita sunt, comprehendat; tamen capa-citate *passiva*, ut iis comprehendatur, permeetur atqve illu-stretur.

*II.* Ita sequi naturarum ex agnationem, ut humana natura trans-eat in ipsam Deitatem, imo sit Deus; cum essentia & idioma-ta divina non differant. *Resp.* Differentia insignis est inter modum habendi per essentiam, & habendi per unionem gratiam. Di-vinae naturæ idiomata illa propria sunt & manent, in humanâ tantum per communicationem se exerunt; quæ res ex qual-i-tatum animæ in corpore & ignis in ferro eminentia satis illu-stratur.

*III.* Donorum in Chriſto & consortibus ejus esse tantum graduum, differentiam, juxta Psal. 45, 8. Ebr. 1, 9. *Resp.* 1) Etiam ea, qvo-rum diversa ratio est, in certo tertio comparari possunt, & ita hic donatio ipſa, non modus donandi, aut donum datum, comparata esse intelligi posunt. 2) Comparatio Logica etiam est infiniti ad fi-nitum, nec requirit proportionem mensuram, qvalem Mathesis ex-hibet. 3) Particula 10 (præ)apud Hebræos non tantum com-

parativum, sed & exclusivum sensum habet, ut *Psal. 118, 8. 9, conf. Luc. 18, 14.*

IV. Donorum illorum concessionem non naturæ Christi divinæ adscribi, sed Patri l.c. *Ebr. 2, 7. Mart. 11, 27. Dan. c. 7, 13. Et. & Spiritui S. Att. X, 38. Esa. 60, 1.* Resp. *Hec sunt subordinata, non opposita; qvia enim 1) Filius & naturam divinam habet à Patre, & ab eodem ad sui incarnationem totamq; œconomiam missus est, omnia etiam, qvæ per naturam divinam & per exaltationis statum humanæ naturæ obveniunt, à Patre rectè dicuntur obvenire. 2) Qvia opera ad extra effectivè considerata sunt communia, & sic ipsa conceptio Christi & incarnatio Sp. Sancto adscribitur *Luc. 1, 35;* etiam qvæ incarnationem seqvuntur, eidem accepta feruntur.*

V. *Verba Job. 3, 34 de donis datis non ad mensuram, vel de datione æterna continua secundum divinam naturam, vel de negatione mensuræ certæ & parcæ posse intelligi.* Resp. 1) *Datio æterna non est datio Spiritus, cum Spiritus in signo rationis seu conceptu nostro vel ordine concipiendi, ordine processionis generationem Filii, utpote à quo procedit, sequatur.* 2) *Datio illa dicitur respectu missionis & loqvelæ œconomicæ ad homines; ergò respectu humanæ naturæ.* 3) *Loqvela hæc à datione Sp. Sancti deducata seqvitur visionem cœlestem, quæ fuit in Filio vel ante missionem v. 32.* E. simpliciter infinita est, ut visio, ita & datio Spiritus. 4) *Qvas voces S. Scriptura non limitat neque in eodem neque in aliis parallelis locis, eas neque nostrum est limitare.*

VI. *Meram hic esse logomachiam, cum Calviniani, humanam naturam infinita illa Deitatis propria gloria resulgere ea quodammodo ratione, qvæ anima in corpore, ignis in ferro, eluet, & totum Christum divinis gaudere idiomatibus, concedant; sed ambiguas tantummodo ἀκυρωτικὰ illas evitare velint, qvibus videntur idiomata divina in naturam humanam transfusa esse, eiqve formaliter inhærere.* Resp. *Concessiones illæ Calviniana nec sunt perpetuæ, qvæ ab omnibus siant, nec satis discrete, qvia 1) fulgorum idiomatum divinorum non in se, sed in effectu intelligunt, quo humana natura ex gloria divinæ participet dona ab essentialibus Dei idiomatibus distincta, quæ Bergii declaratio est, im Unterscheid und Ver-*

Vergleich qv. 34, & anal. controv. de pers. Christi p. 247. 2) Propositiones subjecti abstracti nihilominus volunt esse impropias, ut humana natura accipiatur pro homine, & homo pro persona τῆ λόγῳ, vid. admonitio Neostadiensis p. 68, & hinc nos etiam ἀνεγλογίας accusant. 3) Totum Christum, & totum Christi passim opponunt, uti notum. 4) Corpus propriè ab anima vitam, ferrum ignitum propriè vim urendi habere, malunt negare, quam communicationem priorum concedere, ut Wendelinus l. 1. Cbr. Theol. p. 255, & admonitio Neostadiensis c. 8. p. 235.

Qv. IX. An ergo Christus secundum humanam naturam infinita, tam ad externos quam internos gratia effectus, virtute atque potestate polleat? Resp. aff. qvia 1) accepit potestatem simpliciter omnium, Job. 3, 35. Matt. 11, 27, & omnem potestatem in celo & in terra, Matt. 28, 19. Epb. 1, 21, eamque ut Filius hominis Dan. 7, 13. f., & agnus occisus, Ap. 5, 12, qvæ ipissima descriptio est μαρνζεστιας 1. Par. 30, 11. Psal. 103, 19. Matt. 11, 25. 2) Accepit potestatem omnis carnis, ad dandam credentibus vitam eternam, Job. 17, 2, & instituendum universale iudicium, Job. 5, 22, & quidem, qvatenus vel qvia filius hominis est, v. 27, quæ prædicata Deitatis propria sunt, Num. 16, 22. c. 27, 16. & Gen. 18, 25. 3) Ipsa etiam caro Christi vivifica est, Job. 6, 51. ss. 58, & sanguis ejus mundat ab omni peccato, 1. Job. 1, 7. Ebr. 9, 14, uti & remittendi peccata potestas Filio hominis data est, Matt. 9, 6, qvod non nisi Deitatis idioma est, Mich. 7, 18. 4) Ad miracula à Sp. Sancto unctus est, Act. X, 38, utique secundum humanam naturam; unde cum potestate imperavit fluctibus maris, Matt. 8, 26, & immundis spiritibus Luc. 4, 36, idque digito Dei, Luc. 11, 20, quæ virtute & alias instruxit, Mar. 16, 17, &c. Act. 3, 6. c. 4, 10. 5) Ipsa etiam Sp. S. missio effectus est ejus, qvatenus exaltati, Job. 16, 7. Act. 2, 33, & qvatenus dona à Patre accepta habentis, Psal 68, 19. Eph. 4, 8; adeoque secundum humanam naturam.

Contra I. Calviniani ad unum omnes humanæ Christi naturæ communicatam omnipotentiam denegant, ut admonitio Neostadiensis c. 8. p. 255, Wendelinus l. 1. Christ. Theol. c. 16. p. 267, & virtutem, licet Angelicam omni majorem, tamen creatam & limitatam tantum, ipsi largiuntur, ut Beza in coll. Momp. p. 279, Bergius in

anal. controv. de person. Christi l. 246. II. Meritorie quidem, non tamen efficaciter, carnem Christi vivificam esse docent, ut Polanus l. 6. Synt. c. 16. Massonius T. 2. anat. p. 422. Et., nisi ad synecdochen svetam recurrent, ut Zanchius de incarnatione p. 187, aliique. III. Hinc idem Zanchius p. 424, 427, Sobnus & alii plures negant, etiam virtutem remittendi peccata Christo secundum humanam naturam competere. IV. Missionem Sp. Sancti parimodo illi abrogat Polanus l. c. ut & admonitio Neostadiensis. V. In ipsis etiam miraculis eam non nisi instrumentaliter se habuisse censem Zanchius p. 428, Massonius P. 3. anat. c. 3. p. 31, Daneus, Pareus & alii.

Interesse ipsorum est in generali negatione omnis communionis majestaticæ.

Obj. I. Non esse Christo potentiam dandi sessionem ad dextram & sinistram suam, Mat. 20, 23. Resp. 1) Negatio illa, ut ex oppositione clarum est, non respectu causæ efficientis, sed respectu objecti intelligenda est; quâ ratione Christo nulla potentia, sed tantum *περιστατητικα* denegatur. 2) Potentiam illam constituendi homines in throno suo ipse sibi tribuit Apoc. 3, 21.

II. Christum omnia sibi subjecta habentem & ipsum Patri subjici, i. Cor. 15, 28, adeoque minore potentia frui. Resp. Ipsa omnipotentia divinæ communicatione Filius subjicitur, quia nempe non diversa aliqua à Patre potentia, sed ipissimâ illâ fruitur. Quia enim Patris & Filii una est potentia, hinc sicut animæ corpus subjicitur, ipsâ virtutis communicatione acceptâ, ita humana natura Filii subjicitur divinæ, & per consequens Patri.

III. Christum secundum humanam naturam mortuum esse; adeoque cum vitam posuerit, multò magis virtute vivificandi cauisse. Resp. Distinguendo 1) inter statum exinanitionis & exaltationis. 2) Inter abdicationem possessionis & fruitionis.

IV. Sp. Sanctum à Christo secundum humanam naturam originem non habere, sed ipsum potius à Sp. S. unctum esse; adeoque nunc inversâ ratione eundem mittere non posse, nec Deum creature subjici. Resp. 1) Non alia est virtus missionis, quam processionis, etsi alii naturæ communicata; unde à tempore communicationis mittitur, quia id in tempore fit, non procedit, quia id eternum est. 2) Unctio plenaria Spiritus, quæ humanæ naturæ obtigit, facit, ut eum, quem sic acceperat, mittere etiam & imper-

pertiri aliis possit. 3) Calviniani Sp. Sanctum Filio, quā Deo, subjici ex missione non concludunt; ergo neque quā homini illum subjici, exinde concludant. 4) Humana Christi natura non est mera creatura, sed natura filii Dei in unitate personæ existens.

V. Ita duas produci omnipotentias, aliam divinæ, aliam humanæ naturæ. Resp. 1) Omnipotentia sui communicatione non multiplicatur. 2) Calviniani potius omnipotentiam duplensem statuunt, cum humanæ naturæ potentiam à divinâ diversam, quæ ratione objectorum infinita & immensa sit, tribuunt, ut Zanchius, Bergius & alii.

VI. Vivificationem & remissionem peccatorum etiam de virtute dependente & ministeriali dici posse, ut de Apostolis & ministris ecclesiæ; adeoque divinum idioma non involvere. Resp. 1) Vivificatione talis Christo tribuitur, qualis est ejus, qui habet vitam in seipso, Job. 5, 26, & princeps vita, Act. e. 3, 15. 2) Remissio peccatorum talis, ob quam sibi arrogatam blasphemiam accusatur Matt. 9, 23, i.e. quæ soli Deo competit.

VII. Et hoc non nisi logomachiam esse, cum concedant Calviniani, etiam carnem esse vivificant ratione efficacie, illaque virtutem vivificant inesse secundum denominationem intrinsecam, eamque datam esse infinitam. Resp. Concedunt sub explicatione mentali, nempe 1) ratione efficacie alienæ, cum quā unita sit. 2) Inesse intrinsecè, sed finitam aliquam, non infinitam & divinam. 3) Datam infinitam, sed personæ, non ipsi carni.

Qv. IX. An omniscientia verè divina humana Christi natura communicata sit? Resp. aff. quia 1) non tantum omnes sapientiae thesauri in ipso absconditi sunt, Col. 2, 3, (qui locus multis adversariorum exceptionibus patet) sed & ipse omnia noſſe dicitur, Job. 16, 30. e. 21, 17, idque ex Spiritu, quo unctus est non ad mensuram, E/a, XI, 2. Job. 3, 34. 2) Ipsi vindicatur καρδιογνωσία Job. 2, 24, Ec. conf. Luc. 5, 22. e. 6, 8. e. 9, 47. Apor. 2, 23, quod ad analogiam reliqvorum idiomatum communicatorum de humana etiam natura merito intelligitur. 3) Quia inde, quod per exaltationem caput ecclesiæ factus est, ejus sortem observat, Apor. 2, 2. 13, 19 Ec. calamitatibusque adeſt, Ebr. 2, 18, orbem etiam judicatus, Job. 5, 27. Act. 17, 31, quod omniscientiam requirit, utique secundum eam naturam, secundum quam exaltatus & judicaturus est.

*Contra I.* Palatini in admon. Neostad. c.3. p.95, Zanchius de incarnatione p.281, & Calviniani passim negant, divinam omniscientiam humanæ Christi naturæ communicatam esse. *II.* Idem Palatini c.1. p.23. Beza in coll. Momp. p.304, & plerique omnes negant, in specie νάρθεογνωσίαν eidem etiam in statu exaltationis competere. *III.* Largiuntur illi quidem supernaturalem quendam scientiam & sapientiam, quæ Angelica major sit & incomprehensibilis, sed divinâ tamen minor, quam Bergius in anal. controv. de pers. Christi §.285, similem divinæ sapientiæ, non æqualem, vocat.

Interesse illorum hic idem, quod qvæst. precedente

*Objic.* *I.* Si ex unione personali fluit omniscientia communicatio, nullam causam esse, qvare non æque corpus, ac anima Christi, dicatur omniscium; quod absurdum. *Resp.* Communicatio facta est secundum operationem, & secundum eas humanæ naturæ partes, per quas cuiusque generis operatio exeritur.

*II.* Sic committi errorem Monotheletis affinem, cum in Christo negatur duplex intellectus, & omnia intellectui divino adscribuntur. *Resps.* non negatur, sed stabilitur duplex intelligendi principium, cum scientiâ alterâ inbasivâ & habituali, qva formaliter, alterâ communicatâ, qva participativè intelligat, anima Christi gaudere dicitur.

*III.* Christum ignorasse dictum adventus sui Mar. 13, 32. conf. Act. 1. 7. *Resp.* Dist. inter statum exaltationis & exanationis. *Act. 1. 7.* negatio illa de Filio Dei non occurrit.

*IV.* Calvinianos scientiam animæ Christi ratione objectorum concedere esse infinitam, quæ proveniat ab intuitione totius Dei; quâ dum fruatur, etiam pertingat ad cogitata cordis: quin & inter scientiam unionis & visionis eos distingvere; adeoque nullum esse sententiæ reale discrimen. *Resp.* 1) Calviniani tamen divinam omniscientiam hâc concessione Christo datam esse non intelligunt, utpote quæ non objectivè tantum, sed & perfectivè infinita est. 2) Infinitum ajunt non actu, sed potentiam, quatenus successivè ad cognitionem rerum omnium, absq;e objecti limitatione, potest procedere. 3) Limitant etiam infinitatem ad ea, quæ sunt visiones, nempe actualiter facta vel futura, non volunt autem, ut complectatur etiam, quæ sunt simplicis intelligentiæ, seu mere possibilia; 4) distingvunt inter visionem totius Dei & tota-

756

totalem; 5) *ναρθιογυνωσίαν* non directam, sed reflexam, in Deo  
nempe quatenus in speculo observatam intelligunt; 6) *Scientiam unionis* per lumen extraordinarium Sp. S. & voluntariam (adeo  
que particularē & temporariam) *objectorum communicatiō-*  
*nem* describunt, ut Walaeus in Ll. CC.

*Qu. X.* *An Christus etiam secundum humanam naturam propter unio-*  
*nem personalem, sit omnipræsens.* Resp. affirm. qvia 1) eadem phrasī,  
qvā omnipræsentia Dei describitur *Jer. 23, 24*, omnia implere  
dicitur, impletione illā, quæ consequens exaltationis est, ideoqve secun-  
dum eandem naturam intelligenda, *Eph. 4, 10*; 2) qvia vi Re-  
gii officii, ad qvod exaltatus est, *Act. 2, 33, 36*, *Phil. 2, 9*, *Psal. 1, 6*,  
cūm omnia ipsi subjicerentur, *Ps. 2, 8*, *P. 8, 7*, *I Cor. 15, 27* &c., adeo-  
que secundūm humanam naturam, secundūm qvam exaltari  
tantum potuit, Ecclesiam universam gubernat, in medio ejus  
ambulando, *Apor. 1, 13. c. 2, 1*, fidelibusqve gratiosam sui præsen-  
tiam exhibit, *Matt. 18, 20. 28, 20*, & cum Apostolis operatur, *Mar.*  
*16, 20*. 3) iteratā sui apparitione Stephano *Act. 7, 56*, & Paulo  
*1. Cor. 9, 1. c. 15, 8.* factā (conf. *Act. 9, 3. c. 22, 8. c. 26, 16.* it. c. 18, 9. seq.  
c. 23, 11. 2. *Tim. IV, 17*.) satis docet, se, qva visibilis in hac vita esse  
potest i.e. secundum humanam naturam, cœlo alicubi longissi-  
mè remoto, neqve post ascensionem sui includi, aut ab his ter-  
ris abesse.

Contra Calviniani ad unum omnes, ut admonit. *Neoflat.* c.  
8. *Sadeel de veritate humanae naturæ c. 2.* *Polanus l. 2.* *Syntagm. Theol. c. 12*,  
omnipræsentiam humanæ Christi naturæ pertinacissimè ne-  
gant, Christumqve secundūm eam tanto spatio à nobis abesse  
ait Beza vol. 1. p. 673, qvanto cœlum supremum à terrâ distat; ideo-  
que τὸν λόγον etiam non minus extra carnem totum esse, quām  
totum in carne, operosissimè contendunt, ut Beza in *Colloq. Momp.*  
p. 321. *Zanchius de nat. Des. l. 2, c. 6. col. 12.* *Sobnius exeg. Aug. Confess.*  
art. 3. p. 225.

*Interesse illorum est in fortiori negatione omnipræsencia realis in*  
*S. Eucharistia.*

Obj. I. Hoc dogmate everti omnēm historiam Evangelicam,  
qvā Christus venisse ac redisse, hic vel istic non fuiss., ut  
*Joh. XI, 15.* *Matt. 28, 6*, mundum relinqvere, *Joh. 16, 28*, ad Patrem  
abire, c. 16, 5, 7. 10. 16, atque in cœlos ascendisse, *Act. 1, 9*, narretur, ita  
ut

ut neque Maria virgo magis ejus mater esse potuerit, quām qvælibet alia mulier; cūm oportuerit ipsum statim à conceptione in omnium uteris exstisset, in omnibus præsepibus, in omnibus sepulchris jacuisse &c. Resp. Dist. 1) inter omnipræsentiam humanæ naturæ intimam ad τὸ λόγον, & extimam ad creaturas, qvarum utraqve in statu exaltationis à nobis asseritur, illa vero sola in statu exinanitionis. 2) Inter præsentiam familiarem, visibilem, localem, qvæ subtracta est per ascensionem, arg. majesticam, invisibilem, illocalem, qvæ promissa est locis supra citatis. 3) Inter ascensionem symbolicam, qvæ facta est elevatione corporis visibili, & majesticam, qvæ in occupacione dignitatis consistit. Nam si pari successione, qvæ ascendere Christus visus est, ad supremum cœlum perrexisset, nondum forte assecutus esset terminum suum, atqve ita omnia illa, qvæ metuuntur, absurdia, dispereunt.

II. Christum, si in terris etiamnum esset, Pontificem nostrum non fore, Ebr. 8, 4. Resp. Tὸ esse in terris Apostolus istic opponit sessioni ad dextram magnificientiæ & liturgiæ veri tabernaculi, sive in isto oblationi vers. 1. seqv., accommodat sacerdotibus legalibus Vet. Testamenti versum 4; ideoqve non præsentia, sed status & conditionis sacrificandi pbras in facit, sensuqve exclusivo, non inclusivo profert, ut sit sensus: Si tantum in terrâ sacra fecisset, ut fecere Aronici, nec cœlum ipsum perrupisset, illatione sangvinis sui considens ad dextram Dei, Pontifex non esset; qvia in Templo Hierosolymitano nihil obtulit juxta legem, qvod ad qvæstionem nostram nihil facit.

III. Sublatâ commensuratione loci in corpore Christi, destrui formam humani corporis & monstrum nasci absurdissimum, cui caput & pes in eodem puncto sint, & ita nullo ordine figurâque distinctum. Resp. Dist. inter extensionem & relationem partium internam ad se invicem, & inter externam ad locum vel corpora adjacentia; situm partium distinctum, omnium earum in loco uno præsentia non statim turbari, docent etiam naturaliter exempla speculorum, quæ à qvovis termino integrum speciem reflectunt.

IV. Auditu horrendum & CHRIS TI corpore indignum esse, quod illud in omnibus cantharis, ahenis, ollis, imò sterquilinis &c. sit. Resp. 1) Omnipræsentia majestica est adessentia, non inexisten-

357

existentia, qvippē qvæ vox inclusionem denotat, qvando ex omni-  
præsentia generali Deus non in rebus esse dicitur, sed res omnes in  
Deo, vid. Act. 17, 28. 2) Adessentia in sterquilinio non corporē  
Christi magū, quam ipsi Deitati ignominiosa est, neque id majestati  
divinæ & glorificato corpori fœtet, qvod fœtet nobis. Qvamvis  
tamen propter scandalum rudiorum ejusmodi phrasibus, qui-  
bus carere possumus, non utamur.

*Obi. V.* Argumenta probationis firma non esse; cum 1) imple-  
re omnia Christus dici potuerit moraliter respectu vaticinio-  
rum, qvæ eventum suum nacta sunt. 2) Regere omnia & prospic-  
cere Ecclesiæ etiam absens corpore possit. 3) In apparitionibus,  
si non corpus hypostaticè suum ex cœlo deducere, iterum ta-  
men novum aliquod parastaticè assumere potuerit : Resp. ad 1.  
1) impletio simpliciter omnium, non est vaticiniorum ; qvorum  
mentio in tali sensu semper addi solet. vid. Matt. 26, 54. 56. 2) Nec  
ascensione omnia vaticinia impleta sunt, qvia eam seqvebatur mis-  
sio Apostolorum v. seq. (nempe Eph. 4.) & Spiritus S. ad ipsos,  
itidem prædicta Act. 2, 16. 3) Nec de emphaticâ super omnes cœlos  
ascensione qvicquam prædictum erat, si ea de sola locali ascensione  
explicetur.

ad II. Rex per se ipsum aut per Ministros vicarios regnat,  
si actu Rex est; jam autem Christus, secundum humanam natu-  
ram Rex factus, non dicitur per vicariam Deitatem regere, qvod foret  
absurdum. E. aut solo titulo Rex est secundum humanam na-  
turam, aut secundum eam per se ipsum regnans præsens ubique  
adest. Prius dici nequit propter emphasin Scripturæ: E. di-  
cendum posterius.

ad III. Si corpus Christi è cœlo deductum est ad tempus, ci-  
tius rediit exinde, qvam promisit & debuit, Act. 1, 11. Rom. 10, 6.  
Si novum parastaticè assumptum est; non potuit Paulus gloria-  
ri, qvod ipsum viderit à mortuis resuscitatum tanq'ām resur-  
rectionis testis, i. Cor. 15, 8. coll. cum rr. præced.

*Obi. VI.* Calvinianos concedere, Christum secundum utram-  
que naturam omnibus rebus adesse & humanam adeò naturam  
ejus esse personaliter & ~~et~~ omnipræsentem, habere qvæ  
omnipræsentiam intimam ad τὸν λόγον, ut sic non sit extra illam, in-

K

telli-

telligendo & extra separationis; sed tantum & extra excessus admittendo: atque ita revera non differre à Nostri, qui ipsi in statu exinanitionis intimam tantum omnipræsentiam concedant; atque omnem etiam extimam, neque essentialiter neque accidentaliter, sed personaliter tantum intellectam velint.

Resp. I. Ita omnipræsentiam utriusque naturæ concedunt Calviniani, ut humanam vel nominaliter tantum vel solo consensu & virtute omnipræsentem esse velint, nempe quod natura ejus personæ sit, quæ omnipræsens est, & in omnipræsentiam illam naturæ divinæ consentiat.

II. Omnipræsentiam intimam & negationem separationis ponunt non in adæquatione unionis, sed in individuâ Deitate, quod etiam in remotissimis à carne locis eidem tamen individua adhæreat, ut Oceanus, etsi latè patens, semper tamen idem est, qui Antwerpianum alluit.

III. Tò extra excessus manifestè tollit adæquationem unionis, adeoque non admittitur.

IV. Tò essentialiter & accidentaliter, quo respectu omnipræsentiam corporis Christi negamus, & Tò personaliter vel naturâ, quo respectu affirmamus; nobis causam & modum præsencie, illius subjectum denotat, quod Persona, non essentia, præsens sit; ideoque quam longissime sententiis distamus.

Qvæst. XI. An cultus adorationis religiosa in persona Christi humanae naturæ pariter cum divina uno eodemque simplici actu adorationis debeat? Resp. Affirm. I. Qvia per exaltationem sui acceptit nomen super omne nomen, quod omnes superi inferique venerantur, Phil. 2, 10. seqq., & judicium secundum humanam naturam administrandum accepit, ut honoraretur sicut Pater, Joh. 5, 22. 23, coll. cum v. 27, item potestatem & imperium, ut omnes populi illi serviant, Dan. 7. v. 14. Ps. 8, 6, seq.

II. Eò exemplo præivre in statu exinanitionis Magi, Matth. 11, nautæ, ap. XIV, 33, cœcus, Joh. 9, 38, in statu exaltationis discipuli, Matth. 28, 17, Lw. XXIV, 52, utique eâ adoratione, quæ ex fide & confessione Deitatis illum dignum aestimare debuerunt, & secundum eam naturam pariter, quæ oculis objiciebatur, cum venerantes, ut & chorus triumphantum in,

cœlo

358

cœlō ; Apot. V, 12, sedenti in throno & agno eandem voce gloriam canentes.

III. Officium mediatorium , quod secundum utramque naturam gestum est , promotiva causa adorationis adducitur ib.  
v.g. Gal. 1, 4.5.

IV. Utraque natura æque verè Christi natura est , & adoratio personam non debet dividere ; ideoque ad utramque indiscriminatim dirigenda est.

Contra I. Calviniani communiter omnes , carnem Christi religiose adorandam esse , simpliciter negant , ut Danaus in Exam. Lib. Chemnit. p. 415. seq. Beza Coll. Mompel. p. 344. Zaneb. lib. 1. de incarnatione col. 198. Voetius parte 1. disp. select. p. 528.

II. Qvandoque id concedunt ; sed phrasē per synecdochē explicata pro personā , ut docet Voetius ex Urfino Tom. II. Disp. sel. p. 325 , vel ut per accidens adoratio Deitatis in carnem redundet , vid. ibid. p. seqv. , nempe ut adoratio Regis redundat in ejus purpuram , juxta Bezan Coll. Momp. p. 344.

III. Alii minorem in Christo gloriam fingunt , qvam mediatoriam vocant , ut Polanus Lib. II. Syntag. Theol. cap. XXXI , atqve hāc ratione duplē adorationem commendant , ut Martyr in Gen. 28 , & Alfedius in Ll. Theol. c. XX , vel unam qvidem , sed qvæ naturas tamen proprietatibus & actionibus distingvat , ut Wendelinus Exercit. 133. contra Gerhardum , & gemino respectu in virtutem infinitam & organicam feratur , ut Alting. Exeg. A. C. Art. III. p. 30.

IV. Alii , et si mediatoriam qvandam gloriam fingant di-  
vinā inferiorem , tamen Christum propter eandem religiose  
adorandum esse negant , ut Leidenses in Exam. Remonstrantiū cap. XVI ; sed civilem tantum & creaturalem carni Christi honorem  
largiuntur , ut Voëtius Tom. II. Disp. select. p. 342. Hinc

V. Idem Voetius p. 327. seq. & Tom. I. p. 529 , contra alios suæ se-  
ctæ socios & præcipue Maresium , ut & Maccov. in L L. C. C. p.  
276 , Owenus in vindictis Evangelicis anglicè scriptis cap. XIX. p. 420 ,  
contendunt : Christum , qva Mediatorem , planè adorandum  
non esse .

Interesse iterum est negatio communicationis idiomaticum.

K 2

Obje-

*Obj. I.* Deum gloriam suam alterinon dare, *Ez. 42, 8*, maledictum esse, qvi confidat in homine, *Jer. XVII, 5*, erroremque esse gentilem, servire illi, qvi vel qvod naturâ non est Deus, *Galo IV, 8*. *Resp.* Distinguendo inter aliam personam, quæ Deus non est *nudumque* hominem, & inter aliam naturam ejusdem personæ divinæ hominemque *hunc Secundum*. Hic religiosa *adorabilitas* fundamentum habet, nempe *naturam Divinam* in unione personali; illic nullum.

*Obj. II.* Fundamentum adorationis non nisi unum esse, *nempe Deitatem*. Si ergo Christus, qva mediator aut qva homo est, adorari debeat, sequitur, qvod mediatio aut humana natura sit ipsa Deitas.

*Resp. I.* Distinguendum inter fundamentum proximum adorabilitatis, & motiva actualis adorationis, qvibus mens ad adorabilitatem practicè agnoscendam excitatur; ita enim omnia Dei beneficia nos excitant, etiam creationis, *i. Petr. 4, 19*; *Deut. 32, 6*.

*II.* Distinguendum inter usum particulae demonstrativum vel specificativum, & inter reduplicativum; illo, non hoc sensu, Christum qvâ hominem adorandum esse dicimus.

*Qvæst. XII.* An in Apotelesmatibus offici Christi utraque natura, qvod suum est, agat cum communicatione vera & reali alterius? *Resp. Aff.* Qvia I. Effectus communis personæ indiscriminatim alterutri naturæ vel in concreto vel in abstracto adscribitur; ut qvod DEUS proprio sanguine Ecclesiam redemerit, *Act. 20, 28*, sanguis Christi nos mundaverit à peccato, *i. Joh. 1, 7*.

*II.* Communicatio illa in operibus miraculosis elucescit, ad qvæ humana natura à Spiritu S. non ad mensuram uncta est, *Act. 10, 38*, ubi divinæ virtutis effectus mediante contactu corporis humani productus est, *Marc. 5, 30. c. 7, 33, seq.*

*III.* Alioquin incarnatione nihil opus fuisset, ut cum qvilibet mero homine Deus actione Divinæ naturæ concurrens peccata expiare potuerit, nisi ab illa appropriatione Deitatis & communicata humanitati virtute dignitas lytri actionisqve pondus penderet, *conf. i. Pet. 1, 2, 18. 19. Hebr. 7, 16, seq. cap. 9, 14.*

**IV. Ex**

97

IV. Ex primo & secundo generē communicationis idiomatum hoc tertium necessario fluit, atque ex communicata carni virtute vivifica, Job. 6, est, qvod per carnem abolita sit ini-micitia, Eph. 2, 15, & in corpore carnis reconciliati simus per mortem, Col. 1, 22.

Contra Calviniani ad unum omnes, ut Admonit. Neostad. cap. 1. p. 22. Cap. 8. p. 372. Zwing. part. 2. p. 204. Steinii part. 1. Fraternalit. p. 197. & 214. Berg. in Analyj. controv. de persona Christi th. 174. Et. volunt, in operibus officii quamque naturam agere qvod suum est, sine vera & reali communicatione, nempe, qvod sola humana natura passa sit, & divina eam sustentari tantummodo; effectus autem divinus à sola divina natura, nullatenus ab humana per communicatam omnipotentiam operante, proficiuntur. Hinc mundationem nostri à peccato factam esse ab humana naturā meritorie, à divina efficaciter, ajunt, ut Neostad. l. c. & Pol. Lib. 6. synt. c. 16, atque ad miracula carnem Christi non magis contulisse, quam Apostolorum caro contulit ad ea, quæ ipsi ediderunt; sed merè instrumentaliter se habuisse, dicunt Danaus Exam. Lib. Chemnit. p. 108. & 157. Wendelinus Lib. 1. Christ. Theol. cap. 16.

Interesse illorum est in negatione primi & præcipue secundi generis communicationis idiom.

Obj. I. Si præter *éreptiæ* divinam, quæ concurrit divina, & humanam, quæ concurrit humana natura, detur etiam *éreptiæ* divina, quæ humana concurrit, erit illa tertia quædam à prioribus distincta, qvod absurdum.

Resp. I. Non duplex est *éreptiæ* divina, sed una eademque, quæ natura divina per se, humana per communicationis gratiam operatur.

Obj. II. Communicationem oportere esse reciprocam; atque ita seqvi, qvod & divina natura concurrat virtute humana; qvod absurdum. Resp. Propter diversam conditionem naturarum duplex est communicatio virtutis; alia appropriativa, quæ est primi generis & reciproca, alia permeativa & Majestatica, quæ secundi generis, & reciproca esse non potest.

Obj. III. Carnem non prodeesse quicquam, sed Spiritum seu divinam naturam esse, quæ vivificat. Job. 6, 6;

K 3

Resp.

Resp. Caro in *actu naturali* nihil prodest; prodest autem in *actu personali*, quatenus à divina natura permeatur & Spiritu S. uncta est, *juxta verba que sequuntur*: verba, quæ Ego profero (utiq; ore carnis) Spiritus & vita sunt, *Et. Cor. 15, 45*: posterior Adamus factus est in Spiritum vivificantem.

Qvæst. XIII. *An exinanitio Christi sit ipsa ejus incarnationis.*

Resp. Neg: Qvia I. describitur per formam divinam abdicatio-  
nem & humanæ assumptio-*nem*, *Pbil. II. 6. seq*; nomen autem formam leu-  
pœphōne cum derivatis nunquam essentiæ, sed perpetuò acciden-  
tiale nomen est, vid. *Marc. 16, 12. Rom. 2, 20. Gal. 4, 19*, & hoc ipso lo-  
co *Pbil. 2, 8*, per schema explicatur.

II. *Si exinanitio est carnis vel naturæ humanæ assumptio, exal-  
tatio vi oppositionis, Pbil. 2, 8, erit ejus depositio; quod absurdum  
per Act. 1, II. 1. Pet. 1, 18. seq.*

III. Exaltatione forma servilis est abdicata, non occultata; qvia Christus dominatum non præ se fert, sed reverè obti-  
nuit, *Pbil. 2, II. Act. 2, 36.*: Et. & in exinanitione forma Dei non occultata, sed abdicata dici debet. Ut autem abdicatio for-  
mæ Dei non est abdicatio essentiæ divinæ, quam semper reti-  
nuit, *Job. 1, 14. Cap. 10, 36*; ita nec assumptio formæ servilis in exi-  
nanitione est assumptio humanæ naturæ.

*Contra Pol. Lib. VI. Syntag. Theol. cap. 13. Zanch. lib. 1. de incarn.  
cap. 1, 2, & 3. Jacob. ad Portum in defensione Fidei orthodoxæ cap. XX. p.  
169. Ramburt. vol. 2. Disq. Sedanensem. p. 4. aliquie per exinanitionis actum ipsam incarnationem intelligunt; adeoque for-  
mam servi de humana natura, formam Dei vero de ipsa divina  
natura explicant, quæ nempe incarnatione occultata, at-  
que sic œconomicè quodammodo humiliata sit.*

*Interesse ipsorum est, ut sic Exaltationem ad naturam divinam  
referre possint, & communicationem donorum Majestatico-  
rum humanæ naturæ factam eludere.*

Obj. I. *Patres ex hoc loco refutare Arianos; quod argumen-  
tum temerè tollatur, si per formam Dei non intelligatur ipsa Dei  
essentia.*

Resp. I. *Etsi non intelligatur directè divina essentia; in-  
tel-*

79

telligitur tamen in obliquo gloria essentie divina, qvæ vera esse nequit, nisi ubi essentiam præsupponit, atqve ita nihil dedit argumento Anti-ariano

II. Malè consulitur Ecclesiæ contra Arianos, si ex initio divinæ essentiæ hic intelligitur, eaqve in τῷ λόγῳ mutabilis gloriæ constituitur.

Obj. II. In Deo non dari formas accidentales: oportere ita qvæ essentiam intelligi.

Resp. Etsi Deum non dicimus ex essentia & accidentibus componi; dantur tamen attributa, qvæ, præsertim emanativa ac relativa, formaliter cum essentia ejus non coincidunt.

Obj. III. Id in quo λόγος ἀστερις subsistit, non esse, nisi ipsam essentiam divinam.

Resp. I. In Textu Græco (*Phil. II, 6*) non est vox οὐ πάντας, sed οὐ πάντας existere, non subsistere. Existit autem Deus non tantum in attributis suis, sed & extrinseca relatione in sanctis.

II. Non de λόγῳ ἀστερις, sed ἐντοίχῳ hic agitur, etiam ratione humanæ naturæ, qvæ in gloria Divina extitit actus primo ab ipso incarnationis momento.

Obj. IV. Tὸ esse in forma Dei, explicari à Paulo per æqualem Deo esse, qvod nihil aliud est, qvam essentiam divinam habere.

Resp. Non per τὸν æqualem esse; sed per τὸν, æqualem Deo se habere seu æqualem gloriam habere, phrasis illa explicatur; qvæ neutra pluralis adverbialis significatio vel ex græcis scriptoribus, ut Homero *Odyss. O.*: τὸν τὸν τὸν θεῶν Ἰδεκῆσοι εἰσεγάωσ, quem nunc ut perinde Deum Itaceti intuentur, & Thucydide 3. de bello Pelop. τὸν καὶ ικέτας εσμεν, qvatenus supplices sumus &c, nota est.

Obj. V. Christum formam servilem in exaltatione sua non plane abiecisse, qvod adhuc sit λειτεργός, minister melioris tabernaculi, *Ebr. 8, 2.* Resp. Etsi vox illa *Leptus* per ministrum exprimi potest, simpliciter tamen non ministrum, sed publicum operatorem denotat, atqve h. l. operatorem sacerdotum,

ubi

ubi aperte de sacerdotio sermo est, quod servitutem non involvit.

*Obj. VI.* Vocem assumendi esse incarnationis, *Ebr. 2, 16;* atque ita etiam in ipso loco controverso, *Phil. 2, 7,* explicari per: *in opere humanum,* in similitudine hominum esse. *Resp. I.* Et si textum *Hebr. 2, 16,* multi de incarnatione intelligunt; satius tamen erit de participatione gratiae illum explicare: quia Angelos assumere pro assumptione naturae Angelicæ, atque duriter dicitur, atque homines assumere pro assumptione humanæ naturæ.

*II.* Nec à particulari ad universale rectè concluditur.

*III.* Similitudo hominum est conditio naturalis hominibus vulgo communis, non vero essentia humana. Seqvitur enim: *schemata, ut homo (quis alius) inventus.*

*Ques. XIV.* An descendens Christi ad inferos proprius aliquis est peculiaris actus sit, an vero metaphoricus, qui cum aliis passionis & mortis attributis synonymice coincidat? *Resp. Aff:* prius, neg. posterius. Quia i. præter mortem & resurrectionem distinctè enarratur, *i. Pet. 3, 18. sq.* II. Ei peculiaris effectus attribuitur, *predicatio (nempe exprobativa) facta Spiritibus quondam infidelibus,* ibidem. III. Huc facit, quod ascensui propriè dicto opponatur, *Eph. 4, 9.*

*Contra I.* *Sobnius T. II. in Exeg. A. C. p. 239,* *Parkerus in tractatu de Descensione ad inferos,* *Mattheus Martinius* aliquve, descendens illum explicant de toto humiliationis statu.

*II.* *Calvinus l. 2. instit. cap. 16. §. 8.* *Ursinus in Expl. Catech. quæst.* 40º aliquve de passione animæ.

*III.* *Bucanus in Matth. 27.* *Beza in Aff. c. 2.* *Wittakerus* aliquve de sepultura Christi intelligunt.

*Obj.* Peculiarem actum descensionis historicè probari non posse, cum locus Petrinus 1. habeat vocem Φυλακῆς, quæ non de inferno, sed specula piorum exponenda sit. 2. de predicatione reali intelligi possit, quod fecerit Christus, ut cum meroe effectum passionis sua sentirent impii damnati, vel citrasui præsentiam. 3. A Theologo etiam quibusdam Lutheranis de tempore ipso diluvii, quo Spiritus Christi illis prædicaverit, explicetur.

*Resp.*

Resp. I. Exceptiones hæ se mutuo tollunt.

II. Φολανί appellatur *cancer infernalis* *Apol. XX, 7*, nec unquam significat *speculam exspectationis*, sed custodiæ.

III. Increduli quomodo Christum è specula exspectant?

IV. Fuerit prædicatio realis; *distributus* tamen & peculia-

*ris aetius* fuit, ubi dicitur: πρεγενθεις ἐπέγενεστ.

V. Dicitur in textu, non: ἐπέγενεστ πων, sed: ἐπέγενεστ ἀ-

*πειθήσαοι πων*, ut adeò iis, qui anteā non crediderant, prædica-

tion facta sit, non, prædicatio antea facta.

VI. *Homines in mundo viventes* quomodo sunt *spiritus* in custo-

dia constituti?

VII. *Theologorum quorundam interpretatio* non est norma fi-

dei; qui nihilominus, quantum ad principalem quæstionem,

nobiscum consentiunt.

Quæst XV. An Christus pro omnibus omnino hominibus, etiam

reprobus & damnatis satisfecerit? Resp. Aff. Qvia I. universa-

liter pro omnibus mortem obiisse dicitur, *Eph. 5, 6. 2. Cor. 5, 14.*

*Hebr. 2, 9. 1. Tim. 2, 6.*

II. Mundi peccata portare, *Joh. 1, 29*, mundum sibi re-

conciliare, *2. Cor. 5, 19*, & pro totius mundi peccatis reconci-

liatio esse dicitur, *1. Job. 2, 2, absque ullâ limitatione.*

III. In specie etiam pro pereuntibus mortuus esse; *Rom. 14,*

*15. 1. Cor. 8, 11*, concultatores sui suo sangvine sanctificasse,

*Hebr. 10, 29*, siveque negatores redemisse, *2. Pet. 2, 1.*

IV. Damnati incredulitatis arguuntur, *1. Petr. 3, 20*, &

propter *incredulitatem* *damnantur*, *Job. 3, 18. Marc. 16, 16*, qva nempe

non recipiunt prædicationem *remissionis peccatorum* in nomine

Christi, *Luc. 24, 47*; unde aut illam quoque ad eos pertinuisse

oportet, aut non credendo illam rectè fecerunt & ex rectè

factis damnantur; qvod absurdum.

V. Collatione inter Christum & Adamum instituta,

non tantum æquivalis latitudo meriti illius & demeriti hujus

adseritur; sed & *gratia* dicitur ex superare peccatum.

Contra I. Categorici omnes Christum pro omnibus ho-

mínibus natum aut mortuum esse, omniumve Mediatorem

L

ac

ac Redemptorem esse, absolutè negant, ut Piscator in th. theol. I. II.  
th. 23. 25. & Resp. ad duplicationem Vorst. passim, Beza in Resp. Colloq.  
Momp. P. 1. p. 221. Spanhem. de gratia universalis passim, Alting. in  
Problem. p. 174, in Exeg. A. C. p. 226 &c. Dordraceni con. Art. II.  
Remonst.

II. Quidam illorum distinguunt inter efficaciam & sufficien-  
tiam. Hoc respectu pro omnibus mortuum esse conce-  
dunt, illo negant, ut Molinæus in Anatom. Arminianismi c.  
24. Calvinus, Parens &c.: sed intelligunt potentiam sufficien-  
tiam, qvid in se spectatum Christi meritum valeat, non a-  
etiam ex decreto Dei valeat.

III. Hypothecarii adhibita eadem distinctione, non tan-  
tum vudam pretiositatem meriti, sed & dilectionem quandam  
DEI & actuale quoddam beneficium ex illa redundans per  
sufficientiam intelligunt, ut Ludov. Crocius in dodec. Dissert.  
Apologeticarum pro Syntagr. suo Dissertatione 9. Amyraldus contra  
Spanhemium &c.; sed omnem nihilominus dilectionis & suffici-  
entiae efficaciam à conditione impossibili suspendunt. vid. de his o-  
mnibus Gisbertus Voëlius Tom. II. Disib. select. p. 252. seqq.

Interesse ipsorum est absolutum decretum.

Obj. I. Universales propositiones restringi alibi per par-  
ticulares, cum Christus dicitur pro multis mortuus, Matth.  
26, 28. cap. 20, 28. Heb. IX, 28, pro Ecclesia, Act. 20, 28, pro ovibus,  
Job. 10, 15.

Resp. I. Vox multi pluralitatem indefinitam notat nec parti-  
cularem nec universalem, adeoque nihil limitat.

II. Unius inclusio non est alterius exclusio.

III. In ovibus autem & Ecclesia fidelium particulariter  
commendatur mors Christi, quod in iis effectum suum  
consequatur.

Obj. II. Christum noluisse pro mundo seu reprobis orare, Job.  
17, 9. conf. 1. Joh. V, 16, neque ut margaritæ canibus projice-  
rentur, Matth. 7, 6; multò minus se ipsum pro iis dedisse.

Resp. Paulus tamen generalem pro omnibus intercessionem  
imperat, etiam pro Regibus & Magistratibus tum temporis  
inf-

762

infidelibus, qvi ad veritatis agnitionem deinceps non ve-  
nerunt.

II. Christus ipse legitur orasse *pro crucifixoribus suis*, Luc.  
23, 34, ignorantibus quidem facti sui fœditatem, sed igno-  
rantia, qvæ de omnibus procéribus verificatur, 1. Cor. II, 8.

III. Preces itaqve speciales ad speciale effectum gra-  
tiæ obtainendum, non excludunt generales; nec voluntas  
conseqvens antecedentem.

Obj. III. Mortem *pro actu damnatis* aut certè ex præscien-  
tia divina *damnandis fruſtrancam* atqve irritam fore; qua-  
lis intentio in virum prudentem cadere nequeat, nedum in  
Christum.

Resp. I. Non fuit fruſtra factum, qvod ad *convincendos culpe & pertinaciæ suæ damnatos faciebat*, ut intelligerent,  
per Deum non stetisse, qvò minus salvati sint.

II. Loquimur de *damnatis* ampliative & in sensu composito,  
non in statu & sensu diviso.

Obj. IV. Si pro omnibus mortuus est Christus, seqvi,  
qvod & pro peccatis omnibus & sic quoque impenitentia finali &  
peccato in Spiritum S. mortuus sit, ut eorum neutrum saluti re-  
proborum obstet; qvod absurdum.

Resp. Neqve gravitas peccati in Spiritum S., neqve ejus,  
qvcd in impenitentia finali est, perse & simpliciter saluti ob-  
stat; sed per accidens, qvatenus nempe & hoc & illud viam  
omnem conversioni atqve acceptationi comparati λύτρας  
intercludit.

Obj. V. Eos, qvi morte Christi redempti sunt, reconciliari Deo & salvari, Rom. V, 10, neqve duplicem pœnam exigi posse à damnatis, ut denuo cogantur luere, qvod jam  
luit Christus.

Resp. I. Paulus in hoc fructu mortis Christi presupponit  
fidem, v. 1, qvæ in v. 9. denuo sub voce *justificationis* innuitur.

II. Duplicem pœnam non præstant, qui λύτρον Christi ratum habere nolunt. Nam quod si nondum applicatum est, neque ipsorum est, et si illis destinatum.

Obj. VI. In argumentis nostris non esse vim concludendi: cum (1) *vocula omnis* in dictis citatis de generibus singulorum intelligi possit, non de singulis generum. (2) *Mundus* confuse tantum *multitudinem aliquam significet*. (3) Dehortationem à lapsu ejusque hypothesis, ne perdantur, si pereant, non docere, eos, de quibus sermo est, actu esse reprobos; & si doceret, sanctificationem & exemptionem etiam reprobis externam contingere, quia nempe Ecclesiæ visibilis membra fiant; perditionem etiam esse morum, non statim salutis. (4) Reprobos damnari propter negligiam fidem generalem, quod Christus sit mediator hominum, non specialem. (5) Christum Adamo non in latitudine meriti & demeriti, sed in similitudine derivationis æqviparari, ut sicut nemo nisi per Adamum in mortem incidit, ita nemo nisi per Christum vitam obtineat, & in his qui obtinent, gratia abundet super peccatum.

Resp. ad I. Inepte restringitur universalis ad genera, ubi nulla generum vel classium facta est *distincio*, sed descriptio immediatè ad singulos pertinet, qui nempe à viâ aberrarunt, E. 13, ad novitatem vitæ tenentur, 2. Cor. V, 15, ab uno protoplasta descendunt, Ebr. 2, ii, homines sunt & prenum nostrarum indigi, 1. Tim. 2, 1.

ad II. Vox mundi impios quidem, non autem electos & fideles denotat, cum indefinitè significat; cum autem epitheton *Totius additur*, 1. Job. II, 2. aut ipse in credentes & incredulos difficitur, ut Job. 3, 16. seq; neque indefinita significatio locum habet, sed strictè universalis.

Ad III. Cautio dehortantis circa rem impossibilem, & omnis propterea assumta hypothesis, stulta est. Sanctificatio autem & exemption extera, quæ dicitur, ad emphasis Apostolicam minimè quadrat; præsertim in comparatione ad Legem Mosaicam, quæ

qvæ exterham tantum sanctitatem præsttit, Ebr. IX, 10, 13,  
atqve in eo sanguine Christi minor est, v. 14. Perditio autem  
absolute dicta semper est salutis; qvæ etiam perditionem mo-  
rum, qvæ talem, seqvitur.

*ad IV.* Fides generalis, qvalis & est in Diaboli, non prodest ad  
salutem. E. nec ejus defectus nocere potest.

*Ad V.* Comparatio apertæ est latitudinis ὁρίου μέτρος  
αὐθεόπειαν, στρωτικά μέτραν αὐθεόπειαν; nec verba eadem magis in  
posteriore Commune restrictionem habent, quam in priore, atqve ita su-  
perabundantia gratiæ ponitur, non ubi ipsa obtigit, sed ubi  
ex lege lata superabundavit peccatum.

*Inflas:* Verba tamen posteriora necessario restringenda esse, eò  
qvod palam sit, non æquali latitudine prodesse meritum Chri-  
sti, atqve nocuit demeritum Adami; cum plerique homi-  
nes damnentur.

*Resp.* Restringenda sunt ad intentionem Dei & naturam me-  
riti, qibus solis vox gratiæ exauritur, non ad subjectorum  
discretionem, qvæ nulla in textu appetet.

*Qvæst. XVI.* An Christus & passivam & activam obedientiam  
pro nobis præstiterit, an verò passivam tantum; activam vero pro se ipso  
debuerit.

*Resp. aff.* prius, Neg. poster. Quia I. nostri causa legi  
subjectus est, Gal. 4, 4, suaqve obedientia & justitia (activè  
utique intelligenda, ut inobedientia activa fuit Adami)  
nos constituit justos, Rom. 5, 17 seq., nobisqve sic factus est justi-  
tia, 1. Cor. 1, 30.

II Non sui, sed nostri causa venit, Es. 9, 6. Job. 3, 16, &  
ad implendam tamen legem, Matth. V, 17, atqve voluntatem  
Patris præstandam, Ebr. 10, 7.

III. Ipse vi unionis personalis jam Dominus, ut Sab-  
bati, Matth. 12, 8, ita & legi, gloriamque divinam habuit, Job. 1, 14,  
eaqve voluntarie se exinanivit, Phil. 2, 7, ut eam recu-  
peraret, merito nullo indigebat.

*Contra I. Joban. Piscator in consideratione dictorum Menzeri & Analyti N. T. passim. Telenus p. 2. Syntagm. p. 4. Sadeel, Goclenius aliique plures, præsertim Galli, Christum ajunt secundum humanam naturam fuisse legis debitorem; adeoque pro se ipso illi satisfacere debuisse, vitamque promereri, ut non nisi obedientia passiva nobis prosit.*

*Interesse & fundamentum erroris est in negata communicatione idiomatum.*

*II. Voetius Tom. II. Diff. select. p. 266. seqq. Christum legi, ut homo fuit particularis, subjectum, & sibi & nobis meruisse activâ obedientia, ait, & sibi quidem gloriam mediatariam etiam secundum divinam naturam, vid. p. 280. & author es ibidem citati.*

*Obj. Causam exaltationis ponit in obedientia & passione Christi, Jes. 53, 11. seq. Psal. 110, 7. Hebr. 2, 9. seq. Phil. 2, 9, item naturam dilectionis, Job. 10, 17.*

*Resp. I. Exinanitio est utique causa exaltationis, ut privatio in physicis principium est Aristoteli; cum exaltari non potuerit Christus, nisi fuisset exinanitus, at propterea non est causa ejus meritoria.*

*II. Apud Esaiam non regnandi gloriam; sed regni objectum per & propter passionem adeptus Christus esse dicitur.*

*III. Etiam objectum formale dilectionis ( id quod in Christo diligitur ) per particulam causalem profertur; nec necesse est, per illam intelligere dilectionis acquisitæmetum.*

*Qvæst. XVII. An Christus etiam in cœlis gloriose ad dextram Patris sedens pro nobis veris precibus intercedat?*

*Resp. Aff. Qvia I. se post exaltationem sui oraturum esse Patrem promittit, Job. 14, 16.*

*II. Intercessio illa, tanquam peculiaris actus Saecerdotii Chri-*

Christi indicatur, *Ebr. 7, 25. e. 9, 24. Rom. 8, 34.* ubi emphasis  
& proprietatem vocis meritò retinemus.

III. Eo nomine quoque παράκλησι perpetuus nobis dicitur, *i. Job. 2, 1.* qvod Advocati officium revera expleat.

*Contra Calvinus in c. 16. Joh. 5 Row. 8, Pareus in c. 9, Hebr. aliiq; intercessionem Christi in statu gloriæ in nudâ efficaciam meriti, Patri ob oculos versante, ponunt, unde Jacobus ad Portum defensione fidei orthodoxæ contra Osterodum c. 37. & Zanchius p. 2. de tribus Elohim l. 3. c. 2, eam non propriè, sed metaphorice intelligendam esse dicunt.*

Obj. *Orationem definiente Thoma secunda secundæ art. 83. quest. 2, esse actum rationis, quo quis superiorem deprecatur, quæ si competit Christo in statu exaltationis, tollatur Deitas.*

Resp. I. *Definitio Thomæ non est canonica, ut illi inhærendum sit.*

II. *Etsi supplices gestus, quales in statu exinanitionis adhibiti sunt, in intercessione illâ non includimus; exaltationem tamen humanæ Christi naturæ non obstare, quo minus Patre minor sit, docet Apostolus, i. Cor. 15, 28, & ipsi nimium quantum docent Calviniani, cum communicationem idiomatum negant.*

Qvæst. XVIII. *An incarnatio & satisfactio illæ Christi deo genitrix ad salutem hominibus recuperandam precise necessaria fuerit.*

Resp. Affirm. Qvia I. *Justitia vindicativa Deo est essentialis, perinde ut misericordia, Exod. 34, 7, naturaliter proinde nota, Rom. 1, 32, ne scilicet creatura se impunè creatoris subtrahat imperio, & propter infinitum objectum læsum ad infinitas pœnas obligat. Unde nemo homo Deum placere aut animam hominis perditam salvare potest, Psal. XLIX, 8, 9.*

II. *Justitia*

II. *Justitia divina*, qvæ prætermissione peccati ostendi neqvibat, in placamento sanguinis Filii ostendenda erat, Rom. 3, 25, dum nempe nobilior sanguis, qvam qvi victimarum est, reqvirebatur, Ebr. 9, 12. seq.

III. Gratia Dei Filio proprio non parcentis, Rom. 8, 32, & pretiositas lytri, 1. Peter. 1, 19, ut insigniter laudantur; ita non temerè seu citra necessitatem in nos profulæ esse potuerunt.

IV. Ipse Christus, aliter fieri non potuisse, satis indicat Match. XXVI, 42.


*Contra I. Calvinus in Job. 15, 13. Zanchius l. 2. de incarn. Christi c. 3. qvæst. 1. Th. 1. Twissius in Vindictis gratia Lib. I p. 2. diaquifitione II X, Musculus, Piscator aliique quidam docent, Deum solo nutu suo nos salvare potuisse absqve omni satisfactione, nisi aliter pro libertate sua decrevisset.*

Interest illorum est in *Commento Calvini Lib. II. inf. c. 17. §. 1.* & Chamier. *Tom III, Panstrat. lib. IX. c. 1. §. 7.* ex negatione communicationis idiomatum orto, quod meritum Christi non simpliciter ex dignitate sua, sed ex prævio pacto gratiose Patris pondus suum habeat.

#### Objicitur.

*Justitia rigorem, si qvid poscit, poscere ut anima, qvæ peccavit, moriatur, Ezech. 18, 30: id ubi mutatur, facile omnem pœnam aliam dimitti.*

Resp. *Non poscit, ne anima peccans ullum pro se substituat; sed ne invitum substituat, nec invito judice.*



765

## Nob. DNO. RESPONDENTI *xaīgen.*

**A**Iterum nunc annum apud nos agis, Amice dilectissime, non Vacunæ ac Baechō litando, sicut eorum, qui perniciem suam verius quam voluptatem amant, mos est perveritus; sed studijs, & quidem iis, quæ animum nostrum exalta rerum divinarum notitia imbuunt, diligenter invigilando. Non neglexisti quoque more qvorundam, qui teste hand incelebri viro, ad sapientiam pverenissent, nisi se eandem jam consecutus existimasset, Præceptorum tuorum informationem atque collegia, qvorum ope fundamenta scientiæ avide desideratae ponere solida, ingeniumque ad reliqua proprio marte pverelliganda præparate poteras. Tessis ejus rei præter Magnum Fechitum nostrum, Parentem meum in Christo atque Collegam colendissimum, cæterosque qvos audis, ego sum certissimus, ante cujus oculos ita qvotidie versaris, ut præter conversationem in convictu qvotidiano, lectiones meas avidissimis arripias auribus, inexplicablemque temet geras scientiarum, ut ita loqvar, helluonem. Nihil igitur supereft, nisi ut Parenti tuo honoratissimo, germanæ fidei viro fautori meo æstumatissimo, de filio optimæ spei ad majora indies teadente gratuler, Deumque ter optimum maximum, ut Te Spiritu suo sancto in cognoscenda veritate omniqve bono ulterius confirmare velit, submissis precibus invocem. Vale! Ser. in museo 1706. d. 22. Sept.

PRÆSES.

**O**Mnibus in Studiis palcerima portio CHRISTUS,  
Undique quem nucleum scripta sacra ferunt.  
Hunc dum Varniacam scandens, peramande, cathedralm  
Eligis, in Studiis auxiliator erit!

Ita Nobiliss. Dn. Respondenti, ovatione suavissimo  
applaudebat gratulab.

REIN. HENR. ROLLIUS,  
Unnā-Gesiphaius.

**D**Er Tugend heller Schein kan nicht verborgen bleiben!  
Er bricht mit seinem Strahl durch dicke Wolken hin!  
Der Neider Nebel muß ihn nicht so gar vertreiben!  
Dass Er die Spur nicht drückt in vieler Herz und Sinn.  
Dies zeigt Hoch-Wehrter! sich an seines Fleisches Proben!  
Was Er den Bienen gleich zusammen hat gebracht!  
Das muß zu grossem Ruhm anist den Meister loben;  
Es bleibe all Sein Thun vor GOTT sehr wehrt geacht!  
Hiermit gratulirte seinem Hochwürdten Freunde und Haussgenossen!  
Dessen Verbundener Opp.

Zacharias Krüger / Meckl. S. S. Theol. Stud.

Druck

**E**re Weichheitina der leist / was Fleiß und Tugend heist /

**D**Indem Er heute sich durch Gottes Beystand waget

Bz ieren solchen Ort / da man von Ehre saget /

Und da die kluge Welt auch sein Beginnen preist;

Drum flesse lauter Glück zu seinem frohen Thun /

Und Gott las Ehr und Ruhm zu seiner Seiten ruhn.

Dieses wenige schrieb des Hu. Respondenten beständiger  
Freund/Opp.

J. F. Schröder / Meckl. S. S. Th. Stud.

**M**it die Calvinsche Brut von Christo fälschlich lehret /

Und was sie für ein Gifft in ihrem Basen hegt /

Wie listig alles sie nach ihrem Sinn verkehret /

Das zeiget jetzt dein Fleiß / der solches widerlegt.

Drum wünsch ich Glück darzu / und rühme solche Proben /

Die auch ein Neidhard selbst ohu allen Danck muß loben.

Dieses wenige hat mit schuldigster Observance seinem wehrtgeschätzten Landes-

Mann und anizo Respondenti zu Ehren seken wollen / Opponens

Joh. Andr. Hardkop , Hamb. S. S. Theol. Stud.

**S**O muß ein Kluger Geist sich zu den Sternen schwingen /

Und machen sich berühmt bey der gelehrten Welt ;

Er / vielgeliebter Freund / wil dis ins Werck auch bringen /

Indem er seinen Fleiß uns igt für Augen stellt.

Es gebe der Höchste nur ferner Gedeyen /

Und lasse von oben den Segen Ihm schneyen.

Solches hat mit eilender doch wohlmeinender Feder / seinem  
wehrtgeschätzten Herrn Landes-Mann aus Liebegeschrieben.

Joh. Renner / Hamb. S. S. Theol. Stud.

**D**as heist / der Tugend Kraft und wahre Weisheit ehren /

Wenn man sich / Wehrtster Freund / auf die Catheder wagt ;

Wenn man sich öffentlich läßt bey Gelehrten hören /


Und was durch Fleiß gesucht / auch andern deutlich sagt.

Drum las Ihm der Höchste dis gnädigst gelingen /

Und Ehre / Vergnügen und Segen einbringen.

Mit diesem wenigen wolte seinem wehrtsten Freunde  
und Landes-Mann schuldigst gratuliren

Cajus Laurentii , Hamb. S. S. Theol. Stud.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1032790695/phys\\_0041](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790695/phys_0041)

DFG





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1032790695/phys\\_0043](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790695/phys_0043)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn1032790695/phys\\_0044](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1032790695/phys_0044)

**DFG**

# DNO. RESPONDENTI *z aufer.*

innum apud nos agis, Amice dilectissime, non Vacunæ ac Baechos eorum, qui perniciem suam verius quam voluptatem amant, mos ; sed studiis , & qvidem iis , quæ animum nostrum exacta rerum otitia imbuunt, diligenter invigilando. Non neglexisti quoque teste hanc incelebri viro , ad sapientiam pervenirent , nisi se ean- istimasset, Præceptorum tuorum informationem atque collegia, a scientiæ avide desideratæ ponere solida, ingeniumque ad reliqua ianda præparare poteras. Testis ejus rei præter Magnum Fechtium in Christo atque Collegam colendissimum , cæterosque quos nus , ante cujus oculos ita quotidie versaris, ut præter conversatio tidiano, lectiones meas avidissimis arripias auribus, inexplabilemque n, ut ita loquar, helluonem. Nihil igitur superest , nisi ut Pa- o, germanæ fidei viro fautori meo et summatisimo , de filio optimæ adente gratuler , Deumque ter optimum maximum , ut Te Spiritu enda veritate omnique bono ulterius confirmare velit , submissis ale! Scr. in museo 1706. d. 22. Sept.

## PRÆSES.

is in Studiis palcerima portio CHRISTUS.

Undique quem nucleum scripta sacra ferunt,  
in Varniacam scandens, per amande, cathedralm  
Eligis, in studiis auxiliator erit!

*Ita Nobiliss. Dr. Respondenti, ovatione suavissime  
applaudebat gratulab.*

REIN. HENR. ROLLIUS,  
Unnâ. Guesphalius.

End heller Schein kan nicht verborgen bleiben!  
Er bricht mit seinem Strahl durch dicke Wolken hin/  
Nebel muss ihn nicht so gut vertreiben/  
Er die Spur nicht drückt in vieler Herz und Sinn.  
Hoch Wehrter! sich an seines Fleisches Proben/  
Er / den Bienen gleich/ zusammen hat gebracht/  
In großem Ruhm anzt den Meister loben;  
Ihe all Sein Thun vor GOD fehr wehrt geacht!  
Hiermit gratulirte seinem Hochwürdten Freunde und Haßgenossen/  
Dessen Verbundener Opp.

Zacharias Krüger / Meckl. S.S. Theol. Stud.

Heft




Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. *[redacted]*

the scale towards document